Nec quid e contrario gerendum sit · ipse demonstrat ·
Si quid inquit alicui vestrum tristitiae de permentis
vel ab aliis hominibus inlata forte iniuria in
gruerit vel culpa accidente vel domestico
damno praeoccupante · talia qualibet ratione
vos contristari contigerit · nequaquam illa hora
ad invicem murmuraturi · et de vestris iudicibusque
relas deposituri conveniatis · Infirmatur quis
in vobis · et cetera · Sic dederat contristato · sic dat et in
firmanti consilium qualiter se a murmurationis
stultitia tueatur · iuxtaque modum vulneris ·
modum ponit et medele · Tristato percipiens
ut ipse saepe oret et psallat · Infirmanti autem
vel corpore vel fide · mandans · ut quia maiorem
sustinuit plagam · plurimorum se adiutorio ·
et hoc seniorum curare meminerit · Neque ·